

contra quoslibet recusantes observare firmata vel in aliquo contrafacere per se vel alios presumentes, et omnia et singula alia in predictis et circa ea ac pro premissis necessaria quomodolibet vel oportuna gerendi, faciendi, exercendi et exequendi, eciam si talia essent, que mandatum exigent speciale et in generali commissione non caderent, que eidem circumspectioni huiusmodi, regum accedente tamen ut prefertur consensu, oportuna videbuntur, quibuscumque privilegiis, indulgenciis, exemptionibus et litteris apostolicis generalibus vel specialibus sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, per que nullum cuiuscumque, cuiuscumque status, gradus, condicionis vel ordinis eciam Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Calatravensis, Cartusien- 75 Vallisumbrose, Camaldulensis, Humiliatorum, sanctorum Benedicti et Augustini, hospitaliumque sancti Iohannis Ierusalemiani, sancte Marie Theutonicorum, sancti Iacobi de Spata seu quorumcumque aliorum ordinum existant, in hac parte volumus afferre suffragium, nequaquam obstantibus, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem.

Quocirca circumspectioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus 80 iniunctum tibi ministerium laborum huiusmodi pro divina ac dicte sedis et nostra reverencia devote suscipiens sic illud utiliter sicque sollicito et laudabiliter iuxta datam tibi a deo prudentiam exequaris, quod de tuis laboribus divina favente clemencia desiderati ac pacifici fructus adveniant, quos speramus, tuque illam, que pias pacificasque causas gerentibus celesti retributione impenditur, feliciter consequi palmam glorie mercaris. Nos enim sentencias, quas rite tuleris, et penas, quas inflixeris 85 in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Ut igitur premissa omnia plenius et efficacius sorciantur effectum, per viscera misericordie dei nostri obsecramus ipsos reges, patriarchis vero, archiepiscopis, episcopis ac electis, administratoribus et abbatibus ceterisque ecclesiarum et monasteriorum prelatibus et ordinum quorumcumque prioribus, 90 preceptoribus et magistris exemptis et non exemptis, capitulis et conventibus et eorum locatenentibus in ipsis Francorum et Anglie regnis consistentibus in virtute sancte obediencie districte precipimus, quatinus tibi aut deputandis a te circa conclusionem et observanciam omnium premissorum et cuiuslibet eorundem, quociens ipsos requiri contigerit, faveant modis omnibus et assistant, ut pro salutaris concordie ministeriis inter partes ipsas refloreat pax et quies, prout in desideriiis gerimus cordis nostri, et ultra nostram et prefate sedis benedictionem et gratiam ab auctore pacis valeant eterne beatitudinis munera promereri.

### 1451 August 13.

Nr. 1611

*Notiz in den Libri provisionum consistorialium über die Ernennung von Kardinal Estouteville und NvK zu Legaten in Frankreich und England.*

Or.: ROM, *Arch. Vat., Obl. et Sol.* 72 f. 72<sup>v</sup> und 75 f. 71<sup>r</sup>.<sup>1)</sup>

Erw.: *Eubel, Hierarchia II* 30 Nr. 143; *Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI* 447 in Nr. 4407.

Die usw. s. d. n. in consistorio secreto creavit legatos de latere pro pace inter Francie et Anglie reges tractanda r. p. d. Andegauensem ad Franciam et sancti Petri ad vincula cardinales ad Angliam.

<sup>1)</sup> Über den Charakter dieser Bücher s.o. Nr. 777.

### zu <1451 August 13>.

Nr. 1612

*Tagebuchaufzeichnung des Andrea da Santacroce<sup>1)</sup> über die Entsendung u.a. des NvK als Legaten nach England usw.*

Or.: FLORENZ, *Bibl. Medicea Laurenziana, Gaddianus* 48 f. 75<sup>r</sup>.

Der Papst habe requisitus a dominis aliquibus Galliarum, maxime a duce Burgundie, als apostolischen Nuntius den Marinus de Ursinis, *Eb. von Tarent*, ausgeschiedet ad indagandum, an Francorum et

Anglie reges paci intenderent.<sup>2)</sup> Quo urbem egresso, ut ostenderet promptum fore ad legatum cardinalem mittendum, pronuntiat pro pace Francie et Anglie legatos de latere suo mittendos cardinalem 5 Andegavensem natione Gallicum, ut Gallicis<sup>3)</sup>, et cardinalem sancti Petri ad vincula, ut Anglicis gratos.

<sup>1)</sup> S.o. Nr. 340 und 779.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1610 Anm. 1.

<sup>3)</sup> Laut Andrea da Santacroce f. 75<sup>v</sup> reiste Estouteville am 16. September aus Rom ab. Ebenso: ROM, Arch. Vat., Arm. XXXI 52 f. 23<sup>r</sup>; Eubel, Hierarchia II 30 Anm. 1453 I 3 traf er wieder in Rom ein; Eubel, Hierarchia II 31 Nr. 154. Bei Andrea da Santacroce f. 77<sup>v</sup> ist von Anfang Dezember (1452) die Rede. Zur Reise Estoutevilles s. im übrigen auch Meuthen, Deutsche Legationsreise 438–440, mit weiterer Literatur.

#### 1451 August 14, Deventer.

Nr. 1613

NvK an Dekan und Kapitel der Domkirche und die anderen kirchlichen Personen sowie an Bürgermeister und Räte in der Stadt Minden. Er entscheidet ihren Streit um die Mahlsteuer.

Kop. (etwa gleichzeitig): MINDEN, Kommunalarchiv, Stadt Minden A I Nr. 327 (mit dem Original verglichene Abschrift des Notars Siffridus Costede auf losem Papierblatt) (= M); (um 1460, innerhalb der Beschreibung von Stadt und Stift Minden durch den Domberrn Heinrich Tribbe; s.o. Nr. 1593): BERLIN, Staatsbibl. — Preuß. Kulturbesitz, Ms. Boruss. qu. 147 p. 54f. (Constitutio Nicolai cardinalis de libertate) (= B).

Druck: Würdtwein, Nova subsidia XI 399f. Nr. 195 (= W); Löffler, Mindener Geschichtsquellen II 47f. (nach B).

Notiz (17. Jh.): MÜNSTER, StA, Msc. II (Sammlung Kindlinger) 189<sup>I</sup> p. 83 Nr. 338 (s.o. Nr. 1557).

Erw.: Binterim, Pragmatische Geschichte VII 264; Grube, Legationsreise 512; Vansteenberghe 132 und 486; Koch, Umwelt 129; Schröer, Legation 315f.; Schröer, Kirche in Westfalen II 31.

Cum nuper ad civitatem Mindensem pro salute fidelium perveniremus exortamque ibidem inter vos differenciam super solucione dacie in molendinis per cives inibi solvi solitam reperiremus vobisque tam civibus quam clero hincinde auditis, nobis et nostre ordinationi parere utrobique promistis. Huiusmodi igitur differenciam sedandam, ut nostre legacionis officium exigit, ad nos recepimus. 5 Volentesque itaque, ut tenemur, tam libertatem ecclesiasticam manutenerere quam secularem statum in civitate vestra in pace constituere, auctoritate legacionis nobis commisse, qua fungimur in hac parte, tenore presencium decernimus et declaramus in antea nullam daciam aut gabellam novam a decem annis citra introductam ratione molendinorum per quemcumque clericum in civitate Mindensi solvi nec ipsum clerum ad eam solvendum cogi debere, decernentes ex nunc irritum et inane, 10 si secus super hiis a quovis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari, prohibentes sub penis iuris contra eos, qui suis ordinationibus libertates ecclesiasticas infringere satagunt, ne de cetero talis dacia exigatur directe vel indirecte aut alia ista amota de novo in gravamen cleri instituat, volentes eciam hanc nostram ordinationem et prohibitionem per proconsules et consules Mindenses pro tempore existentes inviolabiliter observari.

1 Mindensem fehlt MW 8 racione: racionem BW.

#### 1451 August 14, Deventer.<sup>1)</sup>

Nr. 1614

Eintragung in der Stadtrechnung von Deventer über die Beköstigung von 88 Schützen, die NvK in die Stadt eingeholt hatten.

Or.: DEVENTER, Gemeinde, Archief, Stad Deventer, m. a. 150, 1451/52 I f. 4<sup>v</sup>.

Druck: Meinsma, Aflaten 78.

Erw.: Dumbar, Kerkelyk en wereltlyk Deventer II 149; Swalue, Kardinaal 55.